



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

11. Item S. Cyrillus Alexandrinus, Fulgentius, & Petrus Diaconus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

omni voluntaria devotionis laude privantur, quibus
 datur: pueri sapientes. Et iterum inferius: Hac
 regula nulli hominum AFFERTUR VOLUNTAS, quia
 virtus gratis non hoc in voluntariis operatur UT
 NON SINE, sed ut ex meli bono, & ex infidelibus sint
 fideles. Et multo post, cum Cassianus questus
 esset, homini non permitti liberum arbitrium, si
 nihil posset velle bonum, sed ei totum gratia
 largiretur, occurrit illi Prosper querimonia,
 quod homo nec ad principia salutis propria vir-
 tute emittatur; sed agit hoc, inquit, occulta & pe-
 tenti gratia Dei. Modum adijcit sine liberi arbi-
 trii lesiones, non ut iram hominem subigat, sed ut
 subiectionis cupidum faciat, nec ut ignoranter trahatur,
 sed ut intelligentem sequentemq; precedat. MANENS
 ENIM LIBERVM ARBITRIVM, quod utique cum
 ipso homine Deus candidit, a vanitatibus & cupidita-
 tibus suis, in quas neglecta Deilege desunt, non a se-
 ipso, sed a Creatore mutat, ut quicquid in eo in me-
 litus reficitur, NON SINE ILLO SIT, qui sanatur, nec
 nisi ab illo qui medetur. Rursum in fine libri ca-
 pitalem querelam de prostrato per gratiam li-
 bero arbitrio refertans, explicans, refutans &
 gratiam cum libertate concilians: Non concur-
 bat nos, si peccatum incepta querimonia, qua libe-
 rum arbitrium causatur auferri, sic principia &
 pietas & perseverantia in bonis usque in finem Dei dona
 esse dicuntur: quoniam opitulationes divinae gratiae,
 stabilimenta sunt voluntati humanae. Hoc est, non au-
 ferunt, sed potius tribuunt ac stabiliunt liberum
 arbitrium: quod non aliter verum esse decla-
 rat, nisi quia volentes operamur, quicquid gra-
 tia praestante operamur. VOLENTES ORAMUS, &
 tamen vult Deus spiritum in corda nostra clamantem
 Abba Pater. VOLENTES LOQUIMUR; & tamen
 si primum est quod loquimur, non sumus nos loquentes,
 sed Spiritus Patris nostri qui loquitur in nobis. VO-
 LENTES diligimus Deum & proximum; & tamen
 charitas ex Deo est. Hoc de fide, hoc de tolerantia
 passionum profitemur &c. Et quod liberum arbitrium
 naturaliter homini inditum maneat in natura, sed
 qualitate & conditione mutata per mediatorem Dei
 & hominum hominem Christum Iesum, qui ipsam vo-
 luntatem ab eo quod per se vellebat avertit, & in id
 quod ei bonum esset velle convertit &c. Quam con-
 ciliandae gratiae & liberae voluntatis methodum

etiam in Epist. ad Demetriadem virginem tra-
 dit: An forte verendum est ne liberum velle videat
 mur arbitrium, cum omnia per que precipitatur Deus,
 ad ipsum dicimus esse referenda? Probat autem
 quod non tollatur, operante enim Spiritu Dei
 juvatur arbitrium, non auferitur, & hoc agit
 gratia, ut non aliud quippiam, sed ipsi voluntas
 peccato corrupta, vanitatis obrita, seductionibus cir-
 cumsepta, difficultatibus impedita, non remaneat in
 languoribus suis, sed per opera misericordis medici reva-
 lescat, ut videlicet ipsa velit bonum, quae ante
 volebat malum. Itaque cum declarasset, quod
 Dominus sua potentia in homine operatur, ut
 bonum operetur, subdit: Omnis igitur illuminata-
 rum mentium primum motus, aliorum quidem non po-
 test a PROPRIA HOMINIS VOLUNTATE: si qui-
 de nihil recte faciet, nisi quod VOLENS egerit, sed ut
 ad id quod aequum & utile est animi tendat intentio, de
 illius aeterna & immutabili voluntate in inspiratione
 concipiatur. Quam conciliandi utriusque ratio-
 nem planissima illustrat similitudine, quae ne-
 mini dubitationem aliquam de sensu concilia-
 tionis istius reliquam facit: Et sicut ante medici
 fit in oculis caligantibus, ut possint videre quod non vi-
 dent, nec tamen NON IPSORVM EST visio quam me-
 dica conuulserit: ita in cordibus tardis & hebetibus
 per Spiritum S. acies obtusa reuertitur, & de vero lu-
 mine tenebrosarum & desidentes lucerna lumen acci-
 piunt, NEC TAMEN NESI IPSARVM ERIT, qui-
 quid fulgoris acceperint. Quod de illo dilectionis
 igne coelitus misso, quo accenditur animus,
 statim explicat. Quae omnia perspicue sanè
 patefaciunt, nullam aliam in tot testimonijs
 concordiam gratiae & liberae voluntatis Pro-
 sperum tradere aut agnoscere; quando eam
 quae secundum Catholicam doctrinam vera legi-
 tima est, ex professo tradit, nisi illam ip-
 sissimam quam August. contra Pelagianos do-
 cuit, quatenus videlicet gratia non sola, neque
 Deus sua voluntate sola, sine voluntate no-
 stra bonum operatur, quasi hominem invitum
 reluctantemq; per violentiam cogeret, sed ita
 agere in libero arbitrio, ut nostra propria vo-
 luntate velimus, volenti & que operemur, ita ut
 nostra sit voluntas, non alterius, quia vir-
 tus nolentium nulla est.

CAPVT XI.

Item Sanctus Cyrillus Alexandrinus, Fulgentius & Petrus Diaconus.

N Eo alio modo gratiam cum libero
 arbitrio conciliandam praeavit S. Cy-
 rillus Alexandrinus, Augustino &
 Prospero coetaneus. Nam illa verba
 S. Ioannis tractans, Nemo potest venire ad me, nisi
 Pater qui misit me traxerit eum, quibus liberum
 arbitrium tolli videbatur, quemadmodum Pe-
 lagiani etiam contra Aug. vociferati fuerant,
 eodem profuso modo, ut August. eos refuta-
 verat, praecipue suspiciones istas hominum
 imbecillium, nec liquidè concordiam opera-
 tionis simultaneae penetrantium: Non quum di-
 cat, neminem posse ad se venire, nisi Pater traxerit eum,
 VI QVADAM COGI TRAHIQ; credentes, putandum

est, sed mentione, doctrinā, revelatione ineffabiliter
 facta. Quomodo & August. alibi loquitur, Aug. lib. de
 dum gratiam vocat doctrinam, quae alius & in-
 terius cum ineffabili suavitate infunditur. Et paulo
 post in eodem loco, eandem gratiae & liberae
 voluntatis cooperationem Cyrillus explicans: *Cyrill. ibid.*
 Vbi auditus, disciplina, doctrinā, adest, ibi fides NON VI
 VI, sed persuasione oritur. Patrocimo igitur Dei Pa-
 tris, quod ex charitate dignis praestatur, NON VI
 Christum fideles agnoscunt. Et quare non vi? Per-
 gendo respondet: Non enim possumus secundum Ec-
 clesiam veritatisq; dogmata liberam potestatem hominis
 (quod liberum arbitrium appellamus) illo modo ne-
 gare.

Eandem

ibid. r. 15.
 27.
 26.
 ibid. r. 39.
 Thom. 8.
 Cyrill. Alex.
 l. 1. in Ioan.
 1. 6.

Prof. F. p.
 ad Donat.
 Aug. lib. de
 grat. Christi
 13.
 Cyrill. ibid.
 7.
 Bede
 1. 1. 1.

Eandem ipsam liberi arbitrij & gratie concordiam S. Fulgentius, Augustini genuinus discipulus docuit, & quotquot inter antiquos post eum, gratiam cum libertate conciliare studuerunt. Et quidem de S. Fulgentio res extra controversiam est. Sic enim lib. de incarnatione & gratia loquitur: *Qua gratia humanum non auferitur, sed sanatur, non adimuit, sed corrigitur, non remouetur, sed illuminatur, non euacuatur, sed adiuuatur & seruatur arbitrium: ut in quo infirmitatem homo habuit, in eo habere incipiat sanitatem: in quo errabat, eodem in viam redeat: in quo caecus fuit, in eo accipiat lumen, & ubi fuit iniquus seruiens immunditie & iniquitati ad iniquitatem, ibi gratia preventus atque adiutus seruius iustitie in sanctificationem. Ecce & hic nihil aliud ad con-*

Fulgent. lib. de incar. c. 11.

A cordiam postulat, nisi ut actio non minus bona quam mala, ab eadem voluntate proficiatur. Sic enim efficaciter probatum putat, gratia humanum arbitrium non esse sublatum, quemadmodum tolleretur, si gratia hominem inuitum violentē cogeret. Eodem modo Petrus Diaconus cum ceteris ex Oriente Romam destinatus, concordiam liberi arbitrij cum tractu gratie se intelligere proficitur, quando ad S. Fulgentium scribit, quod hominem Pater ad veram attrahit libertatem **NON VIOLENTA NECESSITATE**, sed inuadendo suavitatem per Spiritum S. Ut videlicet quemadmodum premiserat falsa libertas voluntatis per gratiam ab occupationibus humanis auersa, posset ea cogitare & desiderare quae pertinent ad vitam aeternam.

In lib. Pet. Diacon. ad Fulgent. c. 6.

CAPVT XII

Sanctus Gregorius, Beda, Sanctus Anselmus.

SE D quid pluribus opus hac de re, post tam densam testimoniorum omnis generis grandinem, quam Augustini, Prosperii, Fulgentij, trium videlicet intergerimorum gratia defensorum scripta subministrarunt? Quod si tamen ceterorum Latino-rum excutere monumenta liberet alicui aut vacaret, usque ad aetatem Scholasticorum, ne unus quidem arbitrator, inueniendus est, qui aliter gratia influxum cum libertate conciliari, quam Aug. Prosp. & Fulgent. fecit hoc est, quia non sola gratia facit opus, renitente, inuita, coacta voluntate, nec arbitrium instar trunci agitur aut vi necessitatis cogitur, sed gratia facit, ut etiam liberum arbitrium aliquid agat, & voluntario motu feratur in bonum. Ad me quod attinet, quotquot antiquiores hac de re tractantes videre potui, istum & non alium salvanda libertatis & concilianda cum gratia modum tetigerunt.

lib. 11. c. 11.

In primis sanctus Gregorius Magnus in libris moralium, cum exponere vellet, quo pacto S. Paulus diceret se plus omnibus laborasse & mox adijceret: *Non ego autem sed gratia Dei mecum, sic ista duo in concordiam adducit: Non enim diceret mecum, si cum preveniente gratia subsequens liberam arbitrium non haberet. Ut ergo sine gratia nil esse ostenderet, ait: Non ego. Ut vero se cum gratia operatum esse, liberum arbitrium demonstraret, adiunxit, sed gratia Dei mecum. Nempe nihil omnino aliud ostendit, quam Augustinus clarius dixit, liberum arbitrium operante gratia non fuisse perditum aut extinctum, sed simul aliquid cum gratia esse operatum.*

lib. 11. c. 11.

Post sanctum Gregorium Venerabilis Beda si iam coactionem tollit a gratia & praedestinatione, ut cum libero arbitrio coherere posse credatur: *Praedestinato Dei, inquit, nullus vi cogit nos ad bonum vel malum &c. Et inferius: Sicut ergo praedestinato ad mortem non cogit malos, ut pereant; sic etiam praedestinato ad vitam non cogit bonos, ut salventur. Sed cum Dominus bonos ad vitam praedestinavit, ita eos praedestinavit, ut ipsa sua praedestinato meritis & precibus nostris obtinatur.*

A Quod nihil est aliud quam quod praedestinatio per gratiam quam largitur voluntati, non cogit eam, sed facit ut per eam ipsa voluntas opere-tur, & mereatur, & preces fundat Deo, & ita quod praedestinatum est, impleatur.

Sanctus Anselmus inter Scriptores acutiores non postremus, tam gratiae quam concupiscentiae motus, ita cum libera voluntate conciliat, ut utrobique expers coactionis maneat: *Quoniam, inquit, voluntate quies ad id quod indeclinabiliter vult, trahitur vel impellitur, non inco-venienter trahere vel impellere dicitur Deus, cum ta-lem voluntatem dat, in quo trahitur vel impellitur nulla violentiae necessitas, sed acceptae bonae voluntatis spon-tanea & amata tenentia. Et in lib. de libero ar-bitrio, explicans quomodo tentationis vche-mentia cum libertate consistat: Nemo illam (iustitiam) deserit nisi volendo. Si ergo inuitus dicitur volens, nemo deserit illam inuitus. Ligari enim potest homo & inuitus, quia volens, potest tor-queri inuitus, quia nolens potest occidi: velle autem non non potest inuitus, quia non potest velle nolens velle nam omnis volens ipsum suum velle vult. Et infra Quomodo itaque non est libera voluntas, quam aliena potestas sine suo assensu subicere non potest? Vbi paucis nervosisq; verbis ipsissimam radicem tetigit, quam omnes isti quos allegavimus anti-qui Scriptores respexerunt; ut ideo liberam voluntatem esse decernerent, quia cogi, quia domari, quia servitute deprimi, quia subjugari aliena potestate, sine proprio suo assensu & ar-bitrio, quo probet id quod acceptandum aut sequendum fuerit, nullo pacto potest. Unde iterum infra declarat se patefecisse: *Omnem rem libera esse, ab ea re a qua cogi non volens aut prohiberi non potest. Et, Quod tentatio rectam voluntatem non nisi volentem aut ipsa rectitudinem prohibere, aut ad id quod non debet, cogere potest, ut illam velit. & istud vult. Cum ergo vincitur, non aliena vincitur potestate sed sua. Impugnare namq; potest inuitam voluntatem, expugnare nequit invitam. Quae omnia eviden-tissime demonstrant, non aliter Anselmi judi-cio, praedestinationis, & gratiae, & tentationis motus cum libertate conciliandos, nisi quia voluntatem non invitam cogunt, sed faciunt,**

Anselm. lib. Cur Deus homo c. 10

lib. de lib. arb. c. 5.

ibid. c. 6.

ut ipsa